UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 32. Concilium tribus Capitulis favens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66066

Visual Library

Sæculum VI
A. C. 550.

omnes conſcii & Sectatores veſtri ſeu Monachi, ſeu Laici eadem damnatione involuti ſint. Hæc eſt Vigilii Papæ Sententia contra Ruſticum & Sebaſtianum, quam ipſis Epiſcopi tres & quinque Clerici detulerunt.

§. XXXII.

Concilium tribus Capitulis favens.

Vict. Tun. Chr. ann. 550. 551.

Interim trium Capitulorum Defenſoribus ſua durabat conſtantia. Hoc anno 550. poſt Conſulatum Baſilii nono Synodum in Illyrico celebrantes Benenatum Epiſcopum primæ Juſtinianæ trium Capitulorum Adverſarium damnarunt, & ad Imperatorem litteras dederunt. Anno ſequente 551. poſt Conſulatum Baſilii decimo Epiſcopi Africæ in Concilio congregati Vigilium Papam, quod tria Capitula damnaſſet, excommunicarunt, (*) atque eadem datis ad Imperatorem litteris, quas Olympius Magiſtrianus pertulit, defenderunt.

§. XXXIII.

(*) Nempe Epiſcopis Africæ videbatur agi de Quæſtione Fidei, & non tantum Perſonarum, quod Vigilius Papa affirmabat. Conſtabat præterea Vigilium inconſtantia & timore laborare; hinc credere non poterant ipſum tanquam Caput Eccleſiæ & ex Cathedra loqui. Deinde iſta Excommunicatio neutiquam haberi poteſt pro Sententia legitime lata, & cum Juriſdictione; hac enim